

Beiheit

S 204 ff

x)

Item Bernar-
 dus Wulf manumis-
 sus dedit in
 reconcambium
 Alardim filiam
 Ludolphi de
 Hacvörde et Els-
 be quondam sue
 uxoris, qui
 Ludolphus
 tunc temporis
 morabatur in
 Nortlon.

Fortsetzung
 nächste Seite

Item pro Johanne privingno Henrici.

Item pro Johanne Broderinc (obiit), filio uxoris quondam Henrici dicti Sachte[le]vens, Johanni dicto Knipere, officiato domini de Ahus, restitutus fuit Nicolaus filius Gerhardi de Epe. (Vergl. Regeß Nr. 178.)

Item pro Luberto et Johanne, filiis Luberti de Merste, manumissis in ministeriales, receptis in reconcambium titulo permutationis, recepti fuerunt Gerhardus et Lubertus filii Luberti Ghebinc anno Domini MCCCXLI die sancti Jacobi apostoli maioris [presentibus] domino Johanne Vreselere plebano in Vredene, Ludelpho Tvielo, Ludelpho tor Porten, Henrico sculteto de curte Merste tam juniore quam seniore, Arnoldo sculteto de Lintlo, Gerhardo Nunnyne, Johanne et Johanne Wilredinc; dictique Gerhardus et Lubertus Gebinc tunc temporis in curte Bruninc in parrochia Enschede morabantur.

Item nota, quod Gerhardus Stemerinc pro Hermanno filio suo restituit manumisso Johannem, filium Jutten Groninc, quem vendidit sibi Hermannus dictus Wissinc, eius uxor et pueri.

Item pro Gertrude, sorore Gerhardi de Lohus, Machorias Dabike, officiatu domine abbatisse, restituit Gertrudim (obiit), filiam Johannis thon Winckele morantis Koten in parrochia Winterswic.

Item pro Johanne Wulf manumisso fuit receptus per dominum Ludolphum de Grotke Andreas, filius Lamberti Menseync et Konegundis sororis Johannis dicti thon Rodde, presentibus Henrico sculteto in Ramem (!), . . . Nienhus et H. thor Kekenen.

Item nota: pro Gotscalco thor Meghedehus et Aleyde uxore Johannis Wrineroeghe (?) Rodolphus Huddinc restituit ecclesie Bernardum thor Stheghen morantem iuxta Nortlon et juniorem puerum, scilicet Denam, Carstine de Verlebroke iuxta Burlo.

Item Aleydis, que peperit, per dictum Barvoden restituta fuit pro uxore Johannis Heccelinc.

Item pro Gerhardo Hunync manumisso receptus fuit Gerhardus dictus Romere.

Item pro Wernero et Hermanno, filiis Johannis et Aleydis de Delebrucgen, dati sunt in reconcambium Gerhardus Romere supradictus tunc temporis morans in Wullen ac Gertrudis filia quondam Wichmanni dicti des Herden (= Regeß Nr. 106).

Item Phia dicta thor Scoppen, morans pro tempore Wintersvic, receptus fuit pro Gerhardo Bulke, prout dictum est michi, et est textrix in Wintersvic.

Item Aleydis uxor Hanenerades (obiit) morans in parrochia Bocholte attinet ecclesie Vredenensi.

Item pro marito Gertrudis Elync restituta fuit Henrico de Gemene tunc famulo soror Luberti Heccelinc in Koten existens, uxor Lamberti Bodikarinc, sed Johannes et Bernardus filii eorundem reservabantur ecclesie Vredenensi.